



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris D. Hludowici Blossii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

Cap. XX. De consummatione sæculi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

EPITO-
BA VI-
TAE
CHRISTI
ANN.
XXXIV.
Respon-
det Phari-
saei indi-
gnanti.
Gm.
4.
Gentiles
rogant
Philippu,
ut eos ad
Iesum
adducat.
Joan. 12.

Non de
caelo Ie-
sum cla-
rificant.

Audis quid isti dicunt? Iesus au-
tem dixit eis: Utrique; numquam
legistis, quia ex ore infantium &
lactentium perfecisti laudem?
Erant autem quidam gentiles,
ex his qui ascenderant ut adora-
rent in die festo. Hi ergo accesserunt
ad Philippum, qui erat à
Bethsaida Galilææ, & rogabant
eum, dicentes: Domine, volumus
Iesum videre. Venit Philippus, &
dicit Andreæ: Andreas rursus
& Philippus dixerunt Iesu. Iesus
autem respondit eis, dicens: Venit
hora, ut clarificetur Filius homi-
nis. Nunc anima mea turbata
est. Et quid dicam? Pater, sal-
vifica me ex hac hora. Sed pro-
pterea veni in horam hanc. Pater,
clarifica nomen tuum. Venit er-
go vox de caelo; Et clarificavi, &
iterum clarificabo. Turba ergo,
quæ stabat & audierat, dicebat
tonitruum esse factum. Alii dice-
bant: Angelus ei locutus est. Re-
spondit Iesus, & dixit: Non pro-
pter me hæc vox venit, sed pro-
pter vos. Nunc iudicium est muni-
di: nunc princeps hujus mundi
ejicietur foras. Et ego si exalta-
tus fuero à terra, omnia traham
ad meipsum. Hoc autem dice-
bat, significans quia morte esset mo-
giturus.

CAPUT XX.

De consummatione sæculi.

- 1. Iesu maledixit ficulneæ.
- 2. Quæ proinde aruisse inventa est.
- 3. Docet in templo, ostenditq. quod sit magi-

mum mandatum, & quod simile manum.
4. Prædicat eversioem templi. Loquitur de
consummatione sæculi.
5. De iudicio finali & generali.

ET cùm jam vespera esset hora,
Abiit foras extra civitatem in
Bethaniam cum duodecim, ibi-
que mansit. Manè autem rever-
tens in civitatem, esuriit. Cum-
que vidisset fici arborem unam se-
cus viam, venit ad eam, si quid
fortè inveniret in ea. Et nihil in-
venit, nisi folia tantùm: non e-
nim erat tempus ficorum. Et ait
illi: Numquam ex te fructus na-
scatur in sempiternum. Et arefa-
cta est continuò ficulnea. Et ve-
niunt Ierosolymam. Et erat do-
cens in templo. Principes au-
tem Sacerdotum, & Scribæ, &
Principes plebis quærebant illū
perdere, & non inveniebant quid
facerent illi. Omnis enim popu-
lus suspensus erat, audiens illum.
Et cùm vespera facta esset, egre-
diebatur de civitate. Et cùm ma-
nè transirent, viderunt ficum aridum
factam à radicibus, & mirati
sunt discipuli. Et recordatus Pe-
trus, dixit Iesu: Rabbi, ecce ficus,
cui maledixisti, aruit. Respon-
dens autem Iesus ait eis: Habetis
fidem Dei. Amen dico vobis, quia
si habueritis fidem, & non hæsi-
ta-
veritis, omnia quæcumque petie-
ritis in oratione, evenient vobis.
Et veniunt rursus Ierosolymam.

et docente illo populum in
templo, & evangelizante, Phari-
sæi convenerunt in unum: & in-
terrogavit eum unus ex eis Legis
doctor,

1.
Maledi-
ctio ficul-
neæ ste-
rilis.
Marc. 11
Matt. 21

Luc. 19
Iudai in-
sidiantur
Christo

2.
Ficus ar-
ruit em
maledic-
tione
Domini.
Marc. 11
Matt. 21

Fidei est
fiduciam

3.
Manda-
tum me-
um, Dei dile-
ctio, &

MARGARITUM SPIRITUALE. 93

EPITOME VI-TAR CHRITI. ANN. XXXIV. secundum dilectio proximi. Luc. 20. Matt. 22

doctor, tentans eum : Magister, quod est mandatum magnum in lege? Ait illi Iesus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est maximum & primum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum, sicut teipsum. In his duobus mandatis universa lex pendet & Prophetæ.

4. Iesus pradicat templi destructionem. Mat. 24.

Et egressus Iesus de templo, ibat. Et accesserunt discipuli eius, ut ostenderet ei ædificationes templi. Ipse autem respondens, dixit illis: Videris hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruat. Sedente autem eo super Montem oliveti, accesserunt ad eum discipuli secretò, dicentes: Dic nobis, quando hæcerunt? & quod signum adventus tui, & consummationis sæculi?

Signa consummationis. Pseudopropheta. Frigus charitativus.

Respondens Iesus, dixit eis: Videte ne quis vos seducat: multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus: & multos seducent. Et quoniam abundavit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Qui autem perseverit usque in finem, hic salvus erit. Et prædicabitur hoc Evangelium regni in universo orbe, in testimonium omnibus gentibus: & tunc veniet consummatio. Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modò, neque fiet. Et nisi breviati fuissent dies illi, non fuisset salva omnis caro: sed propter e-

Universali prædicatione Evangelii.

Tribulatio omnium maxima.

lectos breviabuntur dies illi. Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere: surgent enim pseudochristi & pseudoprophetae, & dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur) si fieri potest) etiam electi. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est, nolite exire; ecce in penetralibus, nolite credere. Statim autem post tribulationem dierum illorum, sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum: & tunc parebit signum Filii hominis in caelo & tunc plangent omnes tribus terræ, & & videbunt Filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa, & majestate.

Præmonitio contra falsos doctores.

Signum secundum adventum.

5. Iudicium generale. Matt. 25

Cum autem venerit Filius hominis in majestate sua, & omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem majestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hœdis: & statuet oves quidem à dextris suis, hœdos autem à sinistris. Tunc dicet Rex his, qui à dextris ejus erunt: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Esurivi enim, & dedistis mihi manducare: sitivi, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me: nudus, & cooperuistis me: infirmus, & visitatis me: in carcere eram, & venistis ad me. Tunc respondebunt ei justi, dicentes: Domine, quando te vidi-

Sententia pro electis, eorum operibus misericordia.

H mus

HOSPITUM
VI-
TAB
CHRISTI
ANN.
XXXIV.

Senten-
tia con-
tra repro-
bos, ex
neglectu
operum
miseri-
cordia.

mus esurientem, & pavimus te? sitientem, & dedimus tibi potum? quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te? aut nudum, & cooperuimus te? aut quando te vidimus infirmum aut in carcere, & venimus ad te? Et respondens Rex, dicit illis: Amen dico vobis; quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicit & his qui a sinistris erunt: Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare: sitivi, & non dedistis mihi potum: hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non cooperuistis me: infirmus, & in carcere, & non visitastis me. Tunc respondebunt ei & ipsi, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut infirmum, aut in carcere, & non ministravimus tibi? Tunc respondebit illis, dicens: Amen dico vobis, quamdiu non fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium aeternum, iusti autem in vitam aeternam.

C A P V T. XXI.

Pascha & coena ultima Eucharistica.

1. Paciscitur Iudas cum Iudeis.
2. Paratur agnus Paschalis.
3. Comeditur cum Apostolis.
4. Lavat Iesu pedes discipulorum.
5. Instituit sacram Eucharistiam.

6. Prædicat sui traditionem per Iudam.
7. Et abnegationem sui futuram per Petrum.

APPROPINQUABAT autem dies festus azymorum qui dicitur Pascha: & dixit Iesus discipulis suis: Scitis quia post biduum Pascha fiet, & Filius hominis tradetur ut crucifigatur. Tunc congregati sunt principes sacerdotum, & seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas: & consilium fecerunt ut Iesum dolo tenerent & occiderent. Timebant vero plebem, & dicebant: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Tunc abiit unus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes, ad principes sacerdotum, ut proderet eum illis. Et ait ad illos: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi audientes gavisi sunt, & constituerunt ei triginta argenteos. Et spondit. Et exinde quærebat opportunitatem, quomodo traderet illum sine turbis.

Venit autem dies azymorum, in qua necesse erat occidi pascha. Et accesserunt discipuli ad Iesum, & dixerunt ei: Quò vis eamus, & paremus tibi comedere pascha? At Iesus misit Petrum & Ioannem, & dixit ad eos: Ite in civitatem ad quemdam. Ecce enim introeuntibus vobis in civitatem, occurret vobis homo lagenam aquæ bajulans: sequimini eum in domum in quam intrat, & dicite patrifamilias domus: Dicit tibi magister, Tempus meum pro-

I.
Vendit
Dominus
Iudas Iscariotes.
Luc. 22.
Matth.
26.

Mar 14
Matth.
26.
Luc. 22

2.
Matth.
26.
Mar. 14
Pascha
coena
paratur

Luc. 22
Matth.
26.